

jam præterierant, alia adhuc ventura sunt, & nihil in tempore præteritum est præter unicum momentum indivisibile. Aternitas non habet partes; tota simul est, atque indivisibilis, non habet præteritum, neque futurum. Tempus perituris tantum rebus adhaerescit, easque sensim devorat, & absumit: aternitas e contra ætibus solidis, ac invariabilibus, & quæ perire nequeunt, adheret. Demum id, quod tempus dicitur, non aliud est, quam successiva rerum periturarum, quæ finem sunt habitura, duratio; æternitas vero est duratio constans, & invariabilis rerum, quæ nullum inveniunt finem. Ita nihil simile est tempus inter, & aternitatem; & tantum abest, quod alterum ex altero comparari possit, & alterum sit alterius mensura, ut inter utrumque magna sit æquitas. Non satis liquet nobis, quid sit tempus, ut seipsum possit, quid sit aternitas; ita enim consuevimus rei durationem concipere, veluti longam annorum seriem, quæ defluunt, ac sibi succedunt; neque enim concipere possumus, eam alio pacto magnam habere posse durationem; & inde oritur, quod cum nobis exhibere volumus aternitatem, sæculorum myriades inter se multiplicamus. *P. de Argenteo Capucinus: in collectionibus de magnalibus Dei.*

Admiror quousque apud S. Bernardum lego quam exprobrationem, quæ se ipsum redarguit. Nescio, inquit, quomodo hora, hebdomadaque labantur; & ecce jam dies in occasum inclinat. Tempus, quod adeo inutiliter absumptum, nunquam est reverentium, & dicere nesciam, quid fecerim propter Deum. Reverentium tempora, hora amissa, quæ me inertia accusat, revertimini, donec Creatori, atque Salvatori meo aliqua præbeam argumenta curæ, ac desiderii, quo illi placere contendo. Cur ille me in mundo posuit, ac tandiu illic me patiitur, nisi ut operer? pro quo autem agam, nisi pro illo, cui omne ingenium, mentem, cor, omneque vires meas debeo? *Lambertus hemil, pro duodecima post Pentecosten Dominica.*

Audiri non possunt verba, quæ majorem indigent infansiam, quam hæc: *Quidam tempus? Nemo nescit, nos a tempore occidit, ne unum quidem esse inter ea momenta, quibus constat, quo aliquod nobis vulnus non infligit, & mortem ipsam acceleret; & nihilominus illud occidere volumus. Nihil fingi potest huic infansia par: vel enim hæc verba nihil significant; vel si significant, animum recedemus, ratio nos liberemur, ipsi nobis adversamur; quandoquidem sepe dicimus, tempus pericillime ferri, dies, mensis, & annos nihil durare, hoc enim ex nobis seipsum auditur. Faciant, quodcumque voluerint homines, nunquam utiliter, ac jucunde tempus inducent, nisi illud distribuere noverint secundum pietatis, atque rationis regulas, quisque inter suæ religionis, & profissionis officia, & inter innocua solatia, quibus ad animum recreandum opus est nobis. Hoc pacto tempus nunquam nos afficit tædio, quia nullum nobis unquam superest tempus, *De Tremblay in evellus de ludis.**

Primo statim intuitu facere non possemus, quominus cum S. Augustino conciperemus, ea, quæcumque fines habent, diu permanere non posse: Nihil est dicendum, in quo reperitur aliquid æternum. Ita licet omnia simul conjungamus tempora, quæ mens sibi fingere possit; hæc temporis magnitudo aternitati comparata suos habet fines, & hæc immensa spatia, quibus aliquid adeo vastum inesse videtur, ad summam breve essent momentum; Omnia temporum spatia aternitati comparata, non exigua sunt computanda, sed nulla, idem S. Doctor ait. Si hoc verum est de sæculorum omnium extensione, quid dicemus de hac exigua temporis parte, quæ intra vitæ nostræ terminos continetur? Non dicemus hoc esse momentum, quo, nunquam adeo exiguum illud sit, tot, tantique nobis scienda sunt, videri tædentes, paradiis lacrandis, evitandis infernus? *P. de la Rue in sermonibus sub hoc nomine impressis, sermone pro feria tertia post Passionem Dominicam.*

Si tempus certum esset, si naturæ eorum bonorum, quæ tota simul possideri possunt, simile, partem illius possemus amittere sperantes fore, ut bono reliqui temporis usu prioris facturam reparare integrum esset. Sed hoc sperare non licet; tempus cessante tantum nobis præbetur, amittimus illud, cum eo fruimus, ejusque pernicitas eodem momento id rapit, quod nobis largitur. *Ipsi dies non sunt, dicebat olim S. Augustinus: ante abeunt, pene quam veniant, & cum veniunt, stare non possunt; junguntur se,*

Quid nobis videtur tempus...

Quæritur si...

De brevitate...

Tempus successive...

sequantur se, sed non se tenent. Vita nostra dies, proprie loquendo, non sunt dies nostri, & quæ res ipsa existere dicere valeamus, vix incipiunt, cum desinant, alii alios sequuntur; sed nunquam subsistant, ut aliquid permanens, ac duraturum simul efficere possint. *Idem.*

Tempus totum est irreparabile: si bonam amissam valetudinem, aliquando convalescimus; si adversa jactati fortuna bonis excaur, bona hæc iterum possunt acquiri. Omnia reparantur, tempus unum reparari non potest, quidquid præterit, jam rediturum non est, rios adolescentia amoribus, hilaritati, & vite voluptati impensus effluxit, iterum reparari non potest. Verum ne præteritum hæc in re cum S. Bernardo animadvertere; si tempus tanta ferit celeritate, ut nequeat reverti, ea tamen, quæ hoc tempore facimus, nihilominus vigebunt, licet nulla re valeant unquam deseri. Non nego, ubi peccatum commissum fuerit, hoc sinceris doloris lacrymis deleri posse, verum est tamen dicere, peccatum fuisse commissum, & quamvis expiatum sit, non ideo tamen dici posse, quod minime fuerit: *Et si fateri in tempore fuit, scilicet in æternum manet. Idem.*

Optimæ meliorem vitæ partem absumit, hoc nemo negare potest. Profecto si de rebus judicium ferendum est, prout sunt; utque initium doceamus a pulcherrima vitæ nostræ parte, quam in re illa insinuat? Adolescentium negotium est, negotiis vacare; quod corporalius desegant necessitatibus, hoc illi impendant ludo, amoris, sexcentisque rebus, quas referre patet. Mortales hujusmodi numeram incipient annos viginti, atque triginta, quin post sunt totidem numerate dies impensus Deo, & salvis suæ negotio devotos. Cum erant hæc effectus sint vehementiores, quilibet indulget voluptati, atque mira excitatio sibi persuadet, opus esse, ut sese illi totam abdat. Oporteret, ut hi rem maximi momenti considerent, tempus videlicet vitæ illis concedi tantum, ut itis impendatur rebus, quæ ad tantum spectant, etenim, ut S. Thomas inquit, inter Angelos, & hominis tempus hoc discriminis interest, quod Angelus tempus breve est, nullumque inter creationem, & prædestinationem, aut reprobationem illius interjectum fuit spatium; sed cum homine Deus se se magis propitium præbet, tantumque quippe illi concessit temporis, quantum ab illis natiuitate ad mortem usque intercedit, & hoc eodem concessit non in inutilibus rebus transmittendum, sed religiosis in sui ipsius sanctificationem impendendum. *Idem.*

Ubi nos homines considero, vel togatos, vel negotiis transfugendis intentos, video filios temporis admodum avaros esse, eo usque ut eorum avaritia ipsi se denegeret ea, quæ vel vitæ vel solatiis ipsorum sunt maxime necessaria. At cur id genus homines tanta avaritia temporis sui curam habeat? Heu! ut alienis vacent negotiis, ut plurimum privatorum negotia transigant, quæ illi sibi assument transfugenda. Tot inter impedimenta, atque chirographorum, monumentorumque consolationes nihil sibi tempus tribuunt, ac de nulla re minus, quam de æternitate sua sunt solliciti. Qui publicis deservit negotiis, qui pro aliis curam, & sollicitudinem gerit, inquit Seneca, se ipsum colligere nequit, nec ea cogitare, quæ ad se pertinent; tot enim aliena impedimenta eum dissipant, eique negotium factum sunt. Hanc ob rem ille miseram patatam hominum conditionem, & ob eandem ipsi potiori jure Christianorum cæcitatem desere debemus, qui alio spectare debent, atque aternitatem cogitare. *Idem.*

Itas Propheia hominum opus comparat papiræcis oppidulis, quæ nonniamquam ludibundis ædificat pueri. Hæc illi summa extruunt curam, nos vero illorum conatus imitemur. Deus hoc ipsum cum hominibus agit. S. inquit Augustinus, maxima eorum negotia merz sunt naga: *Majorem magis negotia vocantur.* Naga ita omne illud tempus exhauriant, quod sanctificationi esset impendendum, & post sexcentarum occupationum ætum, cum mori propior sumus, nosmet pauperes, nodos, rebulque omnibus vacuos invenimus; quod Episcopus euidam exprobrat Angelus ille, de quo in Apocalypsi cap. 3. sermo est: *Nescis, quia miser es, & miserabilis, & pauper, & nudus.* Tu, qui in mundo aliquid esse videris, tu, qui habetis homines feris negotiis intentus, quem alios fallis, ac temetipsum decipis! Nescis enim, te ad turpissimum redactum esse egestatem, eo quod totam vitæ tue spatium in otio impendisti, & nihil pro celo adeptus es. *Idem.*

Tempus est irreparabile...

Omne tempus vite tempus amittitur.

Quantum in re negotiis homines suum tempus impendunt.

Vanz, ac inutiliter cogitationes hominum, qui temporis sui iacturam faciunt.

Per penitentiam redimendum est tempus præteritum, necnon bene utendum presenti ad illud rite expandendum. Toti mihi effluxerunt anni, dicere debet Christianus, & adeo pauca sunt horæ, dicere debet salute impendi? Nihilominus divina misericordia mihi adhuc medicinam reliquit, ut videlicet, Ezechie regis exemplo, amissos annos recogitem in amaritudine anime meæ, & hoc pacto revocem illos. Hoc vos aliquando cogitaretis vellem. Considerate naturam rerum, in quibus tempus vestrum prodigis, Societates, visitationes, ludos, convivia, spectacula, quid de his rebus omnibus factum est? Facile est in nihili abyssu patere; dicam melius, hæc omnia in aternitatem illis perisse. Hoc ipsum accidit fallacibus consolationibus, quas adhuc gustas, & ex his, quæ præterierunt, edocendi estis usum eorum, quæ superflua. Oportet vos de vanitate ejus temporis, quod effluxit, edoceri discatis utiliter patere illis, quod effluxit adhuc; ac illud impendatis in christiana opera, quæ feliciter in aternitatem desinant, non autem in criminosa, inutiliterque actiones, quæ infelicem tantummodo penitentiam relinquunt. *Idem.*

Ne pretiosum hoc tempus amittas, in sacro potest momenta adeo pretiosa vitæ, quam transigis, veluti nunquam desideram. Scias, hoc tempus unicum esse inter naturalia, quæ possides bona; illud tibi reservasse naturam, & nihil homini viventi illud eripere posse: *Omnia siquidem res aliena est a nobis, quod nostrum est, tempus est.* Verba sunt Seneca, sed a S. Bernardo adoptata, atque consecrata. Et sane reliqua quæcumque bona temporis injuria sunt obnoxia, & licet omnibus sua natura, seu fortune bonis exarato esse, me non admodum infelicem putarem, dummodo mihi tempus esset, & spes, duo calamitosorum solatia. *Idem.*

Quantum magis acerba impressio ea, quam parit recordatio temporis amissi cogitantibus, quid in singula momenta mereri possunt? Heu! quor pretiosa hora male impendit tempus, quod mihi fuerat concessum, ut salutem meam operarer, impendendum ne erat ludo, spectaculis, inanibus colloquiis, & nugis? Heu! cur non superflua adhuc mihi aliqua ex horis illis, quibus mei partelus otii tempus tantummodo fallere, ac traudere adhibebat? Heu! quomodo nam in presentiarum momentis ita pretiosus uter? Illa habui, & peridi. Quid nunc non fieret, sed tempus ultra non est. Quod sensuum, vitæque discrimen inter hæsiotum hominem bene valentem, & eundem mori proximum circa ea, quæ ad tempus pertinent? Idem homo est, at idem de sensus est, eadem audacia? *P. Griseus tom. 2. recensum.*

Mundana hæc malis aliquando merore conscietur, eo quod tantum temporis sese comens insatiis, quod omnium oblectationum cæcibus interierit, quod rem familiarem alex sacrificaverit, quod proanis aduerit spectaculis; verbo, quicumque male tempus impenderit, aternum tædentes dolere, quod illud proderunt. Ne finas, Domine, me ex hoc esse numero; fatis superque mihi causa est, propterquam me temporis amissi proiesat. Heu! quam funestam ego rei hujus experientiam facerem, si modo mihi esset moriedum! Adhuc mihi tempus præbes, Domine, ad malum hoc evitandum, infans misericordia tua non abutas. Non ignoro, quot jam reprobati fueris, eo quod in vita sua similes his considerations fecerant; sed hoc ipsum efficit, ut consilium capiam non sequendi exemplum eorum, & ex illorum calamitate proficiendum. *Idem.*

Hæc tanquam principium statuendum est, tempore omnia aque esse bona; quippe auctor temporum æqualem habet in omni eorum discrimine bonitatem. Nos vero tempore perperam utimur, & in hoc, non fecus ac in sexcentis aliis mala nostra iis rebus imputamus, quibus utimur male. Fac, homines omnes boni sint, & tempus nunquam malum erit. Ne dicas amplius, hoc tempus diu permanere non posse, & alteram veniuram, quod magis erit propitium. Nullum permanet tempus, omnia præterunt, & non revertuntur. Illa virtute, industria, studio retineri possunt; non, ne fugant, sed ne præsent. Nihil jucundius est temporis bene insumpti memoria. Sed quomodo tempore, ut opus est, uti nescimus, postquam eodem uti sumus in ludo, ætatis robur in negligentia, culpam rejicimus in tempus, quod omnino culpa vacat; penitentiam in ludo, ætatis robur in negotiis, aut voluptatibus senium in quæstibus, inutilique penitentia consumimus. Sed quin me-

Quid nobis videtur...

Dolor in morte ob tempus amissum...

Quantum in re negotiis homines suum tempus impendunt.

De illis, qui de malis temporibus cogitantur.

hora expectemus tempora, suadeo, ut presenti potius utaris, quandoquidem in tua situm est pretiositate; & hæc sola via est inquietum suffocandi desiderium jucunda, utilique frustratione; tempus hoc impendendo in virtutum christianarum exercitatione, quoniam melius impendi non potest. *Desumptum ex Ferrarcho dialogo de tempore, & aternitate.*

Notandum est, Deum, qui cæteris in rebus adeo magnificus, & liberalis erga hominem visus est, unius tantum temporis avarum visum fuisse. Hoc, ut ita dicam, guttatim nobis concedit; nunquam bina nobis tribuit momenta, sed singula, neque alterum concedit, nisi prius fuerit elapsum. Quantumvis diuturna sit vita nostra, semper tamen iis constat momentis, quæ sibi invicem succedunt, ac eadem fluunt celeritate, quæ pericillimus terrenus, qui cohiberi nequit, & cujus ne una quidem quæ, ubi semel effluxerit, nunquam revertitur. Ecce quod temporis nomine vocetur, quod vulgo in tres partes dividitur, in præteritum, præsens, & futurum. Præteritum nostrum non est, neque reverti potest; futurum nondum est, & fortasse nunquam erit; præsens tantum ad nos perinet; sed heu! vix illud habemus, cum fugit, quin illud retinere valeamus; eodem momento, quo existere incipit, transit, vel potius transit. Aliquid ne ultra requiritur, ut, quam pretiosum sit tempus, intelligamus? *Abbas de Monreel homilia pro die Circumcisionis.*

Quis crederet, hoc tempus, cujus præcillimus nos esse deceret, a nobis omnium maxime prodigi? Petitur, & datur, quasi nihil esset; homines eodem impetui videntur, ac sese eodem expedire; ac illud amittere dumtaxat querunt. Amicitia illud largitur, avaritia vendit, voluptas dissipat, scelus profanatur, inertia prodigit, libido consumit, sed raro illud virtus impendit. Anni nostri inanibus absumuntur sollicitudinibus, tanquam arenae, inquit Propheta. Ne labamur in abulum æque noxium, qualis est temporis jactura; antequam Dominus a nobis illius rationem repetat, ipsi ex nobis rationem debemus expetere, quomodo eodem uti fuerimus, nam quamvis præteritum sit irrevocabile, verum est tamen, illud bono presentis usu posse reparari. *Idem.*

Cæterum ne cogites, inertiam tantummodo inquitam iri terribili ea ratione, quam Deus ex omnibus hominibus repetiturus est ejus temporis quod illis concedit; multæ sunt occupationes, in quas nihil minus agitur, quoniam ibi tempus non minus dissipatur, quam in hujusmodi nugis. Neque de illis tantum occupationibus loquor, quæ noxia sunt, quippe nimis aperte sunt mala. Loquor de artifice, de mercatore, de homine plurimis implicito negotiis. Quamvis agricola frons a mane ad vesperam sudore manet; quamvis mercator dies, noctesque suis invigilet rationariis, hæc inter varias hæc occupationes quantum amittit temporis invenitur? Illi post multos exantlatos labores meliores ne sunt? Extolluntur cor suum ad Deum? cogitantne de aternitate? & offerunt Domino exiguis hæc labores, ut illi placeant, ac ibi meritis accenseantur? *Idem.*

Vos ipsos hoc expertos testor, Auditores, quid vobis reliquum est earum voluptatum, quibus dies vestros maxime florentes sacrificastis? Quid vobis restat de illis honoribus, ac dignitatibus, quas tanto labore acquisivistis? Esto, hæc omnia votorum vestrorum magnitudinem experierint; sed voluptas, quam inde percipistis, nonne evanuit, & ea, quam inde vos percepturos speratis, nonne evanescet? Decimus quintus, aut vigesimus jam labitur annus, ex quo hæc frueris voluptate, sed nunquid ideo prestas illis, qui natus tertius eadem frui cœperunt? Omnia illi, aque ac tibi præterierunt, quod præterit, jam nihil est. Quid interesse putas inter eum honorem, qui re ipsa fuit, & eum, qui in somnis dumtaxat gavisus est? Nonne aque uterque in nihilum evanuerunt? Realis videlicet ille honor, & honor hic imaginarius. *Idem.*

Tempus illud non est amplius, sed fuit, volup. Scelus licet tas illa fuit, non est amplius, ac scelus manet, in tempore aternamque manebit: *Facere in tempore fuit, sed in conscientia subsistit.* En que sit nostræ infelicitatis causa. Iniquitates nostræ transferant a manibus nostris, sed a mente nostra non transferunt: *Transferunt a manu, sed non a mente.* Malum committere præterit, sed commississe illud non præterit unquam. Fratrem occidere voluptas est, quam Cato utitici non ne negavit; plurimi ex eo tempore effluxerunt anni, sed patra-

Tempus nobis non nisi in singula momenta conceditur.

Tempus in pretio habetur in pretio.

Ratio a nobis reddenda Deo temporis a nobis impendi.

Scelus licet in tempore præteritum, sed in conscientia subsistit.

erata cedet malum est, quod in eternitatem exercu-

Quod Tertullianus ait, nimis verum est, Christianos deficiat esse iustos, temporis estimatores...

Cum reprobis animo preterita vita sua annos omnes recogitabit, qui sibi a Deo concessa fuerant...

Quidam in fine temporis ferre iudicium de tempore pretio, & ex temporis pretio iudicare dicimus...

Si quis quidam Ethnicus docet, avaritiam, qua aliis quibuscumque in bonis damnanda est...

Nescio quid futurum sit, ac prohibeat Deus, ne eventus externa rerum speciei respondeat...

nus ad id nobis Deus tempus concedit: Dum tempus habemus, operamur bonum. Ad Galat. 6. Dum tempus est, eodem ad salutem nostram satvum sit tempus...

Tempus retinendum est, quoniam dies mali sunt: hoc dicitur S. Paulus docens Ephesios...

Qui diu vivunt, qui christiane vivunt, similes sunt navi procella vexate, que plerumque quidem...

Dicimus in fine temporis ferre iudicium de tempore pretio, & ex temporis pretio iudicare dicimus...

Cum preteritum sit imago futuri, de eo, quod fuit, conjicite quid erit. Tempus fuit, quo preteritum nil fuit, nisi merum futurum...

Ex omnibus temporibus, que vitam nostram componunt, presens dumtaxat in nostra situm est...

Quid sit retinere tempus, & quomodo hoc fieri possit.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

lat presens, quod non est amplius statim ac incipit esse. Atamen hoc illud tempus est, quod est saluti nostra propitium...

Mors, ut ita dicam, omnia vite nostre momenta sibi oppignavit; sed unum quidem est, quo illi obnoxii minime sumus...

Aeternitas magnum illud est futurum, quod expectare, & cogitare debemus; & illud, quod iovis, & citius, quam potamus, ingruat...

Nihil est, quod magis sit nostrum, simulque minus nostrum, quam tempus, quoniam eodem uti possumus, ut libet, illudque in illud, quod ariserit...

En quid nobismet ipsis dicere debeamus. Tantum temporis est, ex quo respiciat servio, ex quo verso in ferro, dicere debet magistratus...

Negrosi homines, qui totam vite suae tempus in illius terra hujus curis impenderunt, quinquam illas partem reservaverunt...

Mareo summo confessi nequiquam omnes eas evocatis horas, que cum juvenitate lapsae sunt...

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Traofra, & perire, S. Prosper ait, cum de duratione sermo est, unum est, & idem. Quod presens est, saltem se obiter finit attingi...

Credimufne, a Deo nobis tempus concedi, ut eodem ad eum ledendum, & irritandum abutamur...

O Deus! inlelix damnatus ait, si voluiffem eo tempore uti, quod habui! Si feciffem, quod mihi faciendum erat...

Si tempus curam haberemus, quam brevi divites fieremus! quot gloriae gradus, quot pro eternitate thesauros congregemus...

Deus hominem in mundo constituit brevi illi habiturum: tempus, quod infanti bibens, comedens, dormiens, suis necessitatibus consulens...

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Senas reprobi in inferno de amiffi tempore iudicatur

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Commendabile est tempore avaritia licet alia quaelibet sit damnanda

Pravus iustus, qui Christiani temporis faciunt

Quomodo tempus retinendum

Si temporis curam haberemus, infanti la merita acquirere

Deus hominibus paucos annos concessit

Hominum vite brevitatem quaerere

In eo tempore, quo habemus, de re aliata cogitare debemus

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Quomodo tempus non situm est, & non est.

Tempus laborum non reusurum

Et detur ei exterminabitur. Jac. 4. Umbra est, inquit alii, que lumine accedente legit, & dissipatur; & impii, quos Salomon in Sapientia libro loquentes inducit, licet ex verissimo principio pessimis argumentationibus eliciant, tamen naturalem afferunt brevitate vite characterem, cum ajunt, suam breviterem fuisse curiose letum afferente unicum, ac ne ab aliis praevertatur, metuentes; similem fuisse navi maris fluctus secanti, & ejus semita dicto citius evanescent; similem volucri per aera volant, cujus pennarum plautum audis, quin intelligere valeas, qua traesit; similem denique sagitta, que in scopum suum tanta fertur celeritate, ut nihil eam remoretur, & nullum ejus in aere velligium permaneat. Hoc ipsum accidit nobis; vix nati sumus, cum moriendum fuit; nullum tere intercessit sepulchrum inter, & incunabula spatium; ab his ad illum rapti fuimus, quin per tempus vite suavitatem nobis gustare liceat. *P. Graziel in Adventu serm. 12.*

Tempus a peccato recedere nolentibus expedit nota Deo vitam auctori.

Impio in improbitate sua permanere volenti expedit, vite sua dies a Deo minui, & necessitate, ut S. Bernardus ait, finem imponi ambitionibus, quibus voluntas nullum moderationis genus voluit adlerre. Quid? Quin te de tuis corrigas vitiis, illa in die auges? Semper nequitia crescis, indefinenter in eadem progredieris, ac Deus diutius in ea vivere sinet? Resectam agitur tua, quod te tollat de medio; vita enim non prodest, nisi ut sceleribus tuis cumulus accedat, atque in dies necentiores fiat, ideoque gravioribus aliquando supplicis afficiendus. Multiplicem debita tua, aequin alteram vitam tibi ira thesaurum thesaurizans: latam amas vitam, que ducit ad interitum; & si tibi integrum esset tantum illi prebere longitudo, quantum latitudinis, habet, tibi sane non deesses: *Eodemque latam diligis vitam, ut omnibus modis si posses, faceres longam. S. Bernardus ait. Idem.*

Properamus, quoad fieri poterit, ad terminum nobis prestitutum, videlicet scilicet illum addeperiri perfectionis, & sanctitatis, gradum, quem Deus expectat a nobis; cum tandem substitimus, quantum nostra nobis ostendit conscientia, satisque nobis plurimum itineris absolvendum superesse. Curramus ergo indefinenter ad finem statim, quod ingressi sumus caelestis felicitatis bravium relaturi, cum certum sit, illos, qui sanctum hoc ingressi studium cursum suum perfectum non sunt, magno in periculo versari rram hoc amittendi pretium, nisi inchoatos conatus exerant, atque extrema pernicitate decurrant. Cursum longissimus est, ac tempus nobis ad illum absolvendum datum, est brevissimum. Judicate igitur, utrum nostra interit, summa cura tempus hujus rationem habere, idque eo magis, quod nobis persuasum esse debet, illud nobis a Deo concedi, ut laboribus, lacrymisque nostris nosmet misericordis illius dignos prebere admittatur. O quam praestiosum nobis esse emenda inestimabilia haec momenta, que adeo inutiliter labi patimur? Heu! quid nobis hac in re nostra exprobrare non potest conscientia? Quid respondebimus in judicio Dei cum repetet, quemadmodum reperturum scimus discretam rationem annorum omnium, vel potius horarum, ac momentorum, que elabi passi fuimus, quin illi inferviremus, & de salute nostra cogitaremus? *Libri tui titulus: Dialogi Abbatis Joannis, & Eusebii Presbyteri.*

Vite hujus tempus est do cap. 20. se permittere quidem, ut sex diurni operi vacetur; sed prohibere, ne die septima quidquam operis fiat; nam ait ille, hic dies est Sabbati, quem sibi sacrum voluit. Sex illi dies labori devoti exhibent vite tempus, quod nobis tradidit Deus, ut salutem nostram operaremur; dies vero Sabbati, quo quiescendum, figura est temporis mortis, quo non est amplius integrum operari. Hoc non est amplius tempus, quod in nostra situm sit potestate, sed in illius tantum potestate situm est, qui facit tempus. Ita dicere possumus, tempus vite esse diem hominis; mortis vero tempus esse diem Domini. Et bona fide quae so tempus est in vineam ad operandum exeundi cum vesperae facto laborem relinquunt, ac sese disponunt ad recipiendum denarium, quem pacii sunt pro labore diurno? Nonne stultum est, disponere velle de eo tempore, cujus penes unum Deum est arbitrium? *Idem.*

Confidera, quae de laudibus momentis, rapiantur curata, S. Augustinus ait. Procedit aeternitas, & pauca illa, qua nobis supersunt momenta jamjam in hanc adeo terribilem immerisitatem sunt abitura. Sed hoc nobis solatio esse debet, quod scimus, declarasse J. C. se clemen-

ter iudicaturum servum quem vigilantem, & sibi commissio operi vacante inveniret. Quid cogitant homines? Omnia hoc in mandato mirabili rapiditate pertranscunt; ac peccata est, ne quovis momento id amittamus, quod praeter ceteris diligimus. Interim aeternitas, ac tempus nullo in discrimine habentur, & deplorabili inversione tempus cum obtinet locum, quem aeternitas sola habere deberet. Dicant, quodcumque libitum fuerit, omnia mira pernicitate praevertolant; una manet aeternitas, que involvit omnia Mundi bona, que majorem habent illecebram, phantasmata sunt, que oculos perstringunt, animamque fallunt, ac re ipsa nihil sunt; & post illa nihil remanet, quam aeterna poenitentia, quod ea neglecta fuerint, quae solida erant, & quae sola nos ad Deum adducere poterant, ut inanes umbras confectoremur. Omnia praeterunt, & hominum vite liceat diuturna in Dei aeternitate absconditur, ac perit non secus ac aquae gutta in oceano, atque ex eorum cogitationibus, actionibus, atque consiliis nihil remanet nisi sola opera, quae facere poterunt sine ulla propria utilitatis cogitatione. Quidquid pro Deo non est, erit aliquando quasi nunquam fuisse, & maximus tribulorum nostrorum erit in ingesto solo sevisse, tribulos tantum, ac spinas parituro. *Abbas Trappensis tom. 2. Christianorum consideracionum.*

Effluunt anni pernicitate momentorum, quam nihil unquam cohibere valet, non indefinenter rapit in mortem; velimus, nolimus, sequemur hunc rerum humanarum torrentem, qui nos secum precipites agit in hanc abyssum sepulchri, ubi honores omnes, & tituli, ac nomina pereunt, & confunduntur: & nos ipsi experiemus, jam fatalem hunc terminum attingisse, quin aliquid pro Deo, ac celo aggressi fuerimus. Heu! Amittimus tempus merendi, quin meritum ullum acquiramus; abutimur patientia, & longanimitate Dei nos praestolantis ira thesaurum in diem ultionis thesaurizaturi; omnes vite nostrae dies in noxia inutilitate traducimus, quin cogitemus venturam noctem, qua non erit amplius integrum operari. *Abbas de Jarry sermone de Annunciatione.*

Notatu dignum est in Scripturis seu veteris, seu novi testamenti, ubi de insigni aliquo evento sermo est, addi, hoc evenisse eo tempore, quo a divina praestitum erat providentia, vel quod determinaverat Deus. Ita Verbum aeternum caro factum est in terra eo tempore, quod apertissimum, atque peropportunum censuit; & S. Paulus in Aerepago declaravit, a Deo praenotatum fuisse hoc tempus ad hominum ignoranciam, ac idololatriam tenebris, quibus tot saeculis obruti fuerant, dissipandas. Quod in occasione dicimus, in Scripturis tempus opportuum, & commodum appellatur: *In tempore opportuno. Plal. 144.* Porro si testatur Sapiens, unicuique rei suum esse tempus id multo magis dicendum est de salutis negotio, ad quod caetera quaecunque sunt referenda. Ita Dei filius lacrymas effudit super excidium urbis Jerusalem, eo quod Salvatoris visitatione, & gratia, qua ab eo fuerat cumulata, nihil praeter percipisset: *Si cognovisset & tu, qua ad pacem tibi est. Luc. 19.* Sed tempus nunc praeterit, tempus illud, quod elegerat, ac decreverat ad salutem illius operandam. Ita nos Apostolus admonet, nunc tempus esse salutis nostrae propitiam, nunc hortatur, ut bonum operemur, donec tempus habemus. Tempus autem ad id destinatum, opportunum, acceptabile, est tempus praesens; neque enim in praeterito confidere possumus, quod non est amplius, neque in futuro, quod pro nobis fortasse non erit unquam. *Auctor Recens.*

Cum Dei filius cum Apostolis suis, ac nobiscum in persona eorum locutus est, eos admonuit, ut semper essent parati ad migrandum ex hac vita, neque enim sciebant, quando illi essent moraturi, & diem atque horam, qua inde abeundum ipsis erat, ignorabant: *Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. Math. 25.* Immo eorum cogitationi subtraxit, quidquid ad futurum pertinet tempus, & sicuti nullus est princeps, qui gloriam possit, se vel unum in potestate sua habere diem, ita nemo tam peripicax est, qui futuri tenebras valet penetrare. Eo usque ut Salvator idem aliquando discipulorum suorum curiositatem represserit inquiringum, quando nam illa ventura esset dies, de qua apud eos frequentem habuerat sermone; & alia vice, cum interrogarent, utrum resititutus esset regnum Israel, quod quondam venturum esset beatum illud tempus, quod praestolabantur: Vestrum non est, ait illi jejunare, nosse tempora, & momenta, quae pater meus po-

Quemadmodum omnia suum tempus habent, ita & tempus est salutis operanda.

Noluit Dei filius, Apostolus nosse futurum, eoque hanc in caricaturam recepisset.

posuit in potestate sua, & quorum arbitrium penes ipsum tantummodo est. *Idem.*
Quantum voluit Deus futurum tempus esse absconditum, ignotumque omnibus hominibus, tantum illa qua parabolis, qua familiaribus exemplis illos erudire conatus est de eo, quod tempore praesenti faciendum erat: modo dicens, hoc tempus esse negotiandi, eisque proponens exemplum patrisfamilias famulis suis pecuniam distribuentis in quatuor pensiondam: *Negotiamini dum venio; Luc. 19.* Modo ob oculos eorum objiciens exemplum viatorum interitum iter festinantium, ne nocturnis tenebris intercepti errore viarum fallantur: *Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebrae comprehendant.* Modo denique opificum illis exemplum subjiciens, qui interitum dumtaxat possunt operari; quia nox, hoc est alterius vite tempus, non labori, sed quieti destinatum est: *Venit nox, quando nemo potest operari.* Joan. 9. Cum autem eos alibi satis docuisset, quid illis esset faciendum, & quam in re tempus illis infundendum esset; ita satis vix indicare, illos praesenti dumtaxat tempore pro celi acquisitione operari posse, ambulare, & progredi in viam salutis; negotiari, & acquirere propter aeternitatem. *Idem.*

Cur tempus nobis datum sit, & quomodo in illud quodlibet impendatur.

Tempus est pretium aeternitatis. Tu nobis illud largiris, Domine, sed ut illo legitime utamur secundum consilia tua; videlicet ut tanta cum religione, ac fide utamur, ut si fieri possit, ne unum quidem momentum sit, quod non referatur ad id, quod ipse constituit. Hoc igitur non nisi quibusdam cum conditionibus habeo; quas nisi adimplevero, me indignum praebere eo mure, quod mihi contulisti. Homines illud nihil faciunt; plerique dias suos traducunt, quin tanti momenti veritatem recogitent; ac longe plurimi sunt, quibus in hora mortis negati momentum, quod illis erat necessarium; eo quod tota eorum vita non aliud fuit, quam temporis illius dissipatio, quod illis tribuisti, tanquam medium ad aeternam beatitudinem assequendam. *Abbas Trappensis in moralibus considerat.*

SUPPLEMENTUM.

Ejus jactura, & usus.

Quam pretiosum sit.

Tempus non est argenteo venale; nec auro, sed aeternitatis bonorum operum pretio comparatur. Quid tibi urum vita sit brevis, dummodo sancta sit, & quid predest illam esse diuturnam, si nequior extiterit? In vite libro non recenset Deus annos, quos in vitis transigimus; hoc tempus pro aeternitate amissum est. Si olim exprobravit pravis Angelis, momentum, vel ad summum horae quadrantem, quem illis permiserat ad gloriam promerendam, & quo abusi sunt in interitum; quem ex nobis exquirere rationem tot horarum, tot dierum, tot annorum, quibus in peccatis versati sumus. Unicum momentum in optimum usum impensum immarcescibile glorie coronam in Caelo nobis promerisset: quid vero proficere poteramus, sed decies contentis momentorum millibus, quae nobis Deus large, effusaque donavit. Quos meritorum thesauros congregare licuisset! O momenta multiter perdit! Quid, filii saeculi atque tenebrarum argenti honoris auram, perituraeque captabant divitias, quam a nobis quaeratur Deus, qui nos e nihilo eduxit, ut faceret suae gloriae participes; qui nos suo redemit sanguine cum omnino, & in nullam reditus spem actum esset de nobis. O homines inconsideratos! quondam oculos aperietis, ut id intueamini, quod post tempora futurum sit. Ut respiciatis gloriam vobis promissam per tot nubes, quae oculis vestris offundunt caliginem. *P. Novet in meditationibus.*

Utus temporis a Christiano factus.

De Christiano, qui novit rite suum tempus impendere, dicere possumus, quod Seneca in lib. de brevitate vite cap. 15. de sapiente dicitur: hunc penes esse temporum omnium arbitrium; praeteritum quidem, nam illud memoria sua revocat; praesens, eodem quippe utitor egregie, futuri autem, nam illud sua praevidentia anteverit. Ita temporum omnium mixtionem vita diuturna fit; nam quantumvis sit brevis, semper satis longa est illam in optime vivendo impendendi. Quisam illi sunt, quorum vita duracione admodum brevis est, & curis valde molesta? Illi procul dubio, qui praeteritum obliviscuntur, qui negligunt praesens, & luturum nimis reformidant. Id genus sunt peccatores omnes, qui mori vident, & bene vivere negligunt. Cave ne sis ex horum excozum numero, qui semet dumtaxat amant. Sume tibi pro duce autorem Sapientiae, & *Hendry Bibl. Tom. IV.*

luminum ipsius ope revoca obscura tempora, quibus in sceleribus vitam transigisti, ut agas scelerum tesorum poenitentiam. Rege tempus praesens, ut indefinenter tuae studeas incoluntati, atque in antecessum cogites, animoque praeratas tempus mortis, ne te opprimat incautum. Morere nunc tibi: morere mundo, morere creaturis omnibus, & te in statum adhuc in quo, ut S. Paulus 1. Cor. 15., dicere possis: *quiesce morior.* Tunc verum erit dicere, te satis bene tempus impendisse, quoniam momenta singula posueris in lucro salutem tuam operaturus. *P. Novet, & Recens.*

Dicite mihi, quaeso, quid sit tempus; hoc erit ne compositum quoddam ex ante praeterito, & ante futuro simul in praesenti momento conjunctis? se futurum vidit unquam tale monstrum, cujus ens ex duplici ente conflatum est, ex praeterito, quod amplius non est, & ex futuro, quod nondum est? Quenam haec est mira natura; haurire ortum ex more, quoniam ex defectu, qui viger atque subsistit! Deficit enim, & moritur; parit & filius sui ipsius, sumit principium, & destructio; quoniam non subsistit, nisi jupiter deficiens, ac exentis sui destructione coalescit. Ubinam est tempus futurum? involatum est tanquam filum in glomere; collectum, & congregatum velut aqua in abyso profunda. Praesens illud revolvit; & fontis instar illud guttatum dilillat. Ubinam est praeteritum? num iterum revertitur, & redit in se ipsum? Si hoc verum esset, intelligerem quid sit tempus. Sed falso. Si enim praeteritum, & futurum consistunt, & manent, non sunt amplius neque praeteritum, neque futurum; utque fuerat sint in eodem statu, opus est, ut tempus compositum sit ex duobus entibus, quorum alterum non est amplius, alterum vero semper esse debet. Ecce autem quid sit tempus. Afferere autem quomodo in tempore momenta praeterant; quomodo haec indivisibilia se extendant, ac fiant magna spatia, & longa intervalla; & momenta nodis esse, non partibus similia; tempus quidem est connectere, non autem componere: *Exardescit animus, S. Augustinus ait, scire illud implicarissimum anigma. Ex libro cui titulus est l' Eternita configliera.*

De tempore ejusque natura.

Animo paulisper repetamus subsidia, quae nobis oblata fuerat ad operandam salutem nostram hoc anno, quo vivimus. Revocemus in mentem gratias omnes, quas accepimus; quot sanctos athlas, quot monita salutaria, quot sanctissima exempla; quot dies festos, quot salutis dies, quot efficiendorum bonorum operum occasiones? Omnia urgebant, ut converteremur; & omnibus absti sumus. Morbus admovebat nobis mortis adspertum, & valetudo nobis fuerat concessa, ut poenitentiam ageremus. Inopinata propinquorum, amicorumque mors nosmet nostrae admovebat, nos autem vite rationem mutare negligimus. Festi dies a nobis prorsus fuerunt pravo usu temporis sacri. Cupiditas atque voluptas nostra omnia aborbuerunt, & nos perdidimus omnia. Mundus, pro quo laboravimus, praeritae voluptatis nostrae, quae tanto nobis sumptu sterere, nunc faciant jacturam, quam fecimus, & quae quodammodo reparari non potest. Ne una quidem anni hujus dies nobis data non fuit, ut illam salutis nostrae negotio non impenderemus; in quo autem tot dies, tot horas insumpsimus? Quam acerbus est dolor, qui omni spe caret reparationis! Captivum consilium eius temporis, quod reliquum est, bene insumendi. Verum est, poenitentiam nostram non posse efficere, ut redeat tempus amissum, sed vera contritio potest quodammodo jacturam hanc imminuere, vel saltem bono futuri temporis usu compensare. *P. Croiset in exercitiis asceticis.*

Bona, & mala, quibus singuli anni nostri ut ita dicam sati sunt, adversitates, fustelii casus, bonorum jacturae, tribulationes, calamitates, morbi, secunda, voluptates, omnia praeterierunt. Quid horum sub animi firmem reliquum est? Idem praerit propter, quod ad vite finem superest. Ob haec consolamur, alia nullo in discrimine habemus, & fortasse fallidimus. Bona, & mala aequae pertraesunt, & quidquid praerit, non satis dignum est, quod cor dolore afficiat, vel gaudio, cui sola aeterna bona satisfaciere possunt, & cui non nisi peccatum, aeternaque calamitas est metuenda. Qui vera virtute praeditus est, & cui contigit, toto anni spatio evitare peccatum, vel qui, cum innocentiae detrimentum fecerit, nullam abire passus est diem, qui eandem receperit, post annum nescio qua suavitatis repletur, cujus pretium, ac meritum sola ostendere potest experientia. Quam oblectationem adfert haec mo-

Bona, & mala vite hujus nihil sunt animo nullo in discrimine habenti quod praeritit.

rum sanctitudo, hæc tot occasionum peccandi fuga, hæc pietatis exercitia anime, quæ sunt, testam- que suam tuetur innocentiam! Animæ autem munda- na quid superest ex tot gaudiis, profanis festivitati- bus, & spacijs, nisi amara penitentia anni in tot nugis rationabili homine indignissimis transacti? Cum interim pia anima in Dei misericordibus plene con- fidat, qui illam ineffabili pace replet, quæ efficit, ut sibi promittat anno etiam subsequenti in bono perseveraturam. Idem ibidem.

Hanc quoque diem adjicit mihi Deus, ut salutem prospiciam meam, hæc nostra esse debet cogitatio; & nescio utrum crastinum diem visurus sim; sed hæc ipsa sola dies, si eadem rite usus fuero, felicitatem, & gloriam æternam mihi potest comparare. Si Deus hanc eandem gratiam largiretur eorum alicui, qui curriculum suum jam abolverunt; si anima pro uni tantum die de inferno, vel purgato- rio egressa exipare posset per penitentiam peccata sua, & cæsum mereri, quid faceret? Ullum ne momentum temporis adeo brevis, & pretiosi vacuum relinqueret? Non ita sane. Illi etiam, qui sunt in gloria in summi beneficii loco ponerent, si adhuc iis daretur dies, ad novum aliquem sancti- tatis gradum acquirendum, qui illos Deo suo per- fectius conjungeret. Nos vero cur aliter agamus? Huic igitur diei, quem possidemus adhuc, appli- cemus id, quod Sapiens Eccl. 14. inquit: ne de- frauderis a die bono; & particula domini boni non te pretereat. Attenti sumus omnibus occasionibus, quæ sese nobis offerunt aliquid bene agendi. Audiamus, & sequamur magna fide vocem, assistatque Dei. Legem nobis irrogamus, ne quid a nobis fiat oscitan- ter, sed singula eo modo, qui præstantissimus, & perfectissimus est, operemur. Hoc quoque Sa- pientis monitum est: Eccl. 33. In omnibus operibus tuis præcellens esto. Nobis etiam hoc Ecclesiastes dic- tum accipiamus: statim, in arena, sine mora effi- ciamus, quodcumque bonum in nostra potestate sit- tum est, quippe in inferno, quo pravus temporis usus magis vos passibus trahit, nullum erit bonum, quod facere valeatis; nulla sapientia, aut scientia, quæ vos illud facere doceat. P. Croiset in Ascensu Exercit.

Vita nostra constat annorum numero, qui sibi met alii aliis succedentes, indefinenter fluunt, ita ut ne unus eorum dies, vel hora unquam sit reditura. Hæc multitudo annorum, mensium, dierum, quos nobis largitus est Deus, ut nostram salutem opera- remur, sunt proprie illud talentum vel solum, vel multiplex secundum voluntatem Patrisfamilias nobis traditum, a nobis in lucro ponendum, & de quo necessario nobis reddenda erit ratio. Vita nostra licet futura esset quam diutissima, in annorum fuo- rum numero unum habet, qui nobis postremus futurus est, & post quem nihil amplius temporis habitu- ri sumus. Ex quo in hanc lucis usuram prodimus, nullus abijt annus, qui quamplurimis non illuxerit postremus, qui tamen longe plures annos sibi polli- cebantur; & hic, qui vergit ad finem plurimorum, adhuc vitæ suam injicit, qui subsequens diem primam vitæ non sunt. Annus hic nobis non secus ac aliis omnibus definit: quantus moror illis, qui omnes fortasse illius dies prodiderunt? Adeo ne quidpiam, quod hac in re nobismet exprobrems? Quot ex tot dierum numero in magnum illud, unicuique salutis nostræ negotium impendimus? Multum quidem pro mundo laboravimus; multum ne propter Cæsum lucrati sumus? Quod si nihil propter æternitatem a nobis factum fuerit; ecce jam annus amissus est. Saltem utiliter impendamus parum illud temporis, quod reliquum est. Idem ibidem.

In singulorum annorum exitu idem præter pro- pter cogitandum est, quod in vite exitu. Hic die- rum numerus, quibus uterque constat felicium, vel miserorum, tristem aut ridentium, omnino præterit, & impressio, quam utrique in anima pepererunt, æque deletur. Ecce ad extremam anni diem ventum est, quæ plurimis fortasse extrema fuit: quam iustus dolor si annum male impendimus, sed quam suave solatium, si dies omnes, & singuli nobis pleni fue- runt; si toto hoc temporis spatio bene usi sumus; si bonos, maloque in lucro posuimus; si mores no- stros reformavimus, si diligenter nostram pietatis præxim servavimus, si quotidie sanctorum vitas le- gimus, ejusque virtutes imitati sumus, quotidie ali- quam pietatis præxim didicimus, & aliquem semper inde fructum percepimus; denique si cum per an- num habuerimus tot sanctas inspirationes, tot pios motus, tot salutaria desideria, tot exempla vel re-

Examen fa- ciendum ejus modi, quo præteritum annum ab- solvitur.

jienda, vel imitanda, gratia fideles semper sumus, & fecerentes verum a falso, id quod erat specio- sum ab eo, quod erat salutare, satis sapientes fu- imus, ut efficaciter salutem nostram coopereremur. Vacemus hodie sanctis hinc cogitationibus, & quidquid sit, saltem adeo sancte diem hanc traducamus, ut vespere hæc frui possimus consolatione, quod non totum integrum annum amiserimus. Idem ibidem.

Videamus quoque quantum est diligentia stitorum sæculi in bonis temporalibus conquirendis; ne unum quidem momentum amittunt; omnes lucrandi occa- siones inquirunt, easque avidè complectuntur. In nobis est indefinenter incumbere in id opus magnum, quale est æternæ felicitatis nostræ. Unde fit, ut alii nihil cogitent, alii adeo oscitent id agant, & ne minorem quidem temporis sui partem impendant? Hinc, sane quia non noverant magnitudinem facta- re, quam faciunt; alii quidem omnimodo incuria; alii vero modica vigilantia, qua uti negligunt occa- sionibus infinitis opes colligendi. Ex primo Tomo E- pistolarum Patris Surin.

Rateminus fideles; in puerilibus, insanibusque nugis satis magnam vitæ hujus partem traducimus, cuius singula momenta in timore ponenda essent ad tem- pus amissum redimendum. Plerique eorum, qui me audiunt, ad undecimam diei horam pervenerunt, & ætatem profectionem, quæ exiguum illis vitæ spatium relinquit in Domini vinea, & in uno eo, quod uni- ce necessarium est, opere salutis suæ, & vitam ducunt proflus inutilem, ne dicam criminofam. Et in recen- tibus flagitiis committendis, tempus infumunt; quod Deus ad præterita expandi concedit. Idem.

Ex iis omnibus, quibus utimur, dicere possumus, nihil hinc quidem magis nostrum esse, inde vero ni- hil minus nostrum, quam tempus, quod nobis tribuit Deus pro laboribus, & status nostri muneribus obe- undis. Hoc bonum est, quod cum infinitis aliis par- timur; verum nihilominus bonum est, quod, licet æque commune videatur, nobis tamen ita proprium est, ut nequeat a nobis auferri, nisi cum vita. Non omnes homines divites sunt; non omnes eadem est vis ingenii; non omnes in republica amplissimis hono- ribus decorantur, non omnes nobiles sunt, neque cum principibus viris cognationis vinculo adstricti. Sed divites, vel pauperes, literati, vel rudes, no- biles vel ex plebe omnes habent tempus suum, tam- quam bonum ipsis commune. Sol idem omnibus lu- cet; eadem terra illos sustinet, idem siderum influ- xus est omnibus. Verbo, singuli ad arbitrium suo tempore utuntur. Attamea nihil minus est nostrum, quam tempus. Quod præterit, non situm amplius est in voluntate nostra; quod expectamus, nondum nostrum est; quod præsens est, elabatur, & in singu- la defluit momenta; & ubi præterit, in immensum æternitatis abyssum decedit; ideoque nihil est, quod minus revocabile, atque reparabile videtur. Divi- tiarum jactura reparatur, cum alia acquiritur; re- paratur valetudo, cum ex morbo requiritur refectum; tempus autem nequit iterum reduci; quod factum infectum fieri non potest. Abbas Botteau in delictis sententiis.

Tempus redimere, non est remitti peccatorum, quæ patrata fuerunt. Antiochus illorum meminit, cum violentis vexatus doloribus exclamavit: recor- dor malorum, quæ feci in Jerusalem: non est genere, & lacrymari; Agas quoque jam jam animam effla- turus Samuelis gladio tranverberandus ait: Sicine separas amara mors? I. Reg. 5. Non est plorare Ado- nidem, quod faciebant ille Judæorum mulieres, quas Deus ostendit Propheta: non est desiderio teneri a- dolescentie, quæ præterit, formæ, quæ evanuit, amici ac patroni, qui esse desierunt. Hæc memoria, & dolor sæpe noxius est, semper inutilis, qui ta- men penitentia locum obtinet creditur. Tempus redimere est illud in operibus molestis impendere, quorum labor cujuscumque professioni inhærens; non minima pars est. Est reparare mala otiosæ ignavia; voluptatibus, gaudiis, interperantia sæculi abrenun- tiare; frangere cum Magdalena vas, ubi erant thy- miamata ad illa super JESU CHRISTI pedes ef- fundenda. Idem ibid.

Tempus est breve, ideoque pretii infiniti, & il- lud misere perdimus ladentes, atque videntes. Tem- pus est rapidius fluvius semper labens, ac nos ve- hens in æternitatem, quæ abyssus est bonorum, at- que malorum, eoque utimur in rebus inanibus, ac inutilibus, quin ne annum quidem adverta- mus. Querite a mundi sectatoribus, quemam omnia ambitiosa sorum tendant consilia, inanes eorum cogitationes, futilia colloquia, & solatia ipso- rum,

Dici potest nihil magis nostrum esse, si tantumque ni- hil minus esse nostrum quam tem- pus.

Vera Chri- stiani sapien- tia est uti tempore.

Multiplex- ta redimen- di tempus.

Critiam rei comparari quest æter- nitatis.

rum, quæ ipsi culpa carere desistant. Norant ne il- li se tempore hoc male perditio ad miseram adduci æternitatem? Ne cogitant quidem. Libet confabulari, donec prætereat hora. S. Bern. de triplici custodia. Quid donec prætereat hora! Hora quam divina vobis lar- gitur misericordia ad agendam penitentiam, ad pec- catorum veitrorum veniam obtinendam, ad acquiren- dam gratiam, & gloriam promerendam? Quid ad ludendum tempus illud, quod esse adhibendum, ut Deum ad misericordiam flecteretis, ut festinaretis in- gredi in Angelorum societatem, ut perditam hære- ditatem reparare studeretis, ut ad beatitudinem vo- ditam promissam contenderetis? Quæ dementia! Quis stupor! adeo parum cogitare de ea re, quæ post se adeo terribiles effectus trahit. P. Novet in Me- ditation.

Omne tempus, in quo non deserimus virtutibus, sed vivis, perit: & quasi non fuerit in nihilum abiit: ait Div. Hieronym. in cap. I. Aggei. Tempus hoc adeo male impendimus nobis nonnulli dedecus, & con- scientie stimulos relinquit. Dies mei transierunt, Sanctus vir Job ait cap. 17., cogitationes meæ dissipatae sunt torquere cor meum. Quenam vero nobis reddenda erit ratio Deo memoratorum omnium, quæ nobis desit Deus, ut servierimus illi? Quamprim- mum aderit dies Domini; & citius, quam cogita- verimus, nosmet preparare debebimus ad rationem reddendam. Quam deplorabilis vis erit conditio mortalium, qui tempus suum in ludis, ac solatiis amittunt! Qualem afferre poterunt exultationes, quibus respondant hæc Domino Judici, tempus adeo male perditum exprobrant? Pater Novet in Medi- tation.

Sapientes homines, lucis filii, qui caute incedunt, sibi persuadent omni tempore dies esse malos; & vi- dentes Apollonem in magna hac veritate statuere præ- clarum illud monitum, quod præbet Ephesius, tem- pus videlicet redimendi; Video quomodo curare ambu- letis... redimite tempus: quoniam dies mali sunt, hoc ipsum opere exercere contendunt. Verum quo- modonam uti hoc possunt consilio? Quid est hoc tem- pus, quod redimatur? Quodnam pretium persolvitur? Tempus redimere est, sibi cavere, quacumque ra- tione fieri possit, a dierum malorum nequitia: est omnia vite suæ momenta in bonis operibus impen- dere: Est ita sese gerere, ut vacet Deo deservire: Est anima suæ quocumque pretio comparare tempus, & requiem, qua indiget, ut convalescat, roboretur, & alatur. Nullum tempus amittimus nisi quo vel la- ditus Deus, vel periculum animæ ejus lædendi. Quidquid ergo fit ad peccatum, vel peccati occasio- nem vitandum, hoc propretium est temporis redimen- di. Pretium autem differt pro variis tenta- tionum, vel circumstantiarum, in quibus sumus, evitantes, vel generose resistentes illis: ut quibus, quæ salutem nostræ esse possunt detrimentum, Tourneau in anno Christiano Tomo XI.

Primorum temporum fideles variis modis executi sunt consilium, quod Ephesius tradidit Paulus, vide- licet temporis redimendi. Illud nonnumquam rede- merunt, vitam suam per martyrium Domino confe- cerunt, nonnumquam aquo animo bonorum jacturam suffulerunt. Alii ut S. Paulus, S. Antonius, S. Hil- lation illud in solitudine redemerunt; & considera- tio turbatum, atque scandalorum mundi, videlicet dierum malorum, in corde fervorum Dei passim de- siderium hoc modo redimendi tempus per sagam, & solitudinem. Alii illud penitentia lacrymis redeme- runt; alii elemosinis. Alii, ut illud redimerent, in cenobia optime instituta ingressi sunt; & hi quidem alii erant innocentes, alii peccatores. Illi quia cre- diderant se facilius factam testam tueri posse inno- centiam, alii quia plura ibi inveniant subsidia ad il- lam solida penitentia reparandam. Sunt, qui inju- riam patiuntur, vel terrenum deserunt bonum, ob tempus redimendum, quod litam prosequentes perde- runt. Demam sunt qui sequuntur Evangelium, qui redimant tempus, dantes alterutrum oculum, vel man- um, vel pedem, videlicet rei maxime necessariae fructuonem sibi intercedentes. Hi omnes varii modi temporis redimendi hoc habent commune, quod Cha- ritas eorum principium, & finis est. Ita redimatur tempus, ita dies mali mutantur in dies salutis, quos dies æternam beatam subsequitur. Idem ibidem.

Re vera, S. Augustinus ait, non sum inventurus temporales similitudines, quas æternitati possim compara- re. Videor mihi videre torrentibus velis navim fer- ri, ubi nulla ripa est, nulla ima pars sicut olim Ar- ca tempore diluvii. Nam quando hæc ratio in por- tum perveniret, si terra universa testa esset squis, Houdry Bibl. Tom. IV.

& quindecim cubitos supra montium cacumina intu- mueret? Fingo mihi gurgitem, qualis esset si terra descheret, ejusque hiatus per totam illius crassitatem permearet; vel in tanta illa spacia, quæ mens nostræ imaginatur supra cælorum croes, & quæ idcirco ima- ginaria vocantur: ita ut ad hæc temporis spatia re- plenda sæcula sæculis essent agglomeranda, quando- nam hic gurgis repletus esset, si nullum haberet fun- dum? Quando nam hæc spatia repleta essent, si nul- los habent terminos, aut cancellos. Finget sibi quis- piam flumen esse, quod præcepit in mare fertur, & quod semper æque tumidum est, ac in eodem statu, nam quantam aquarum vehit in Oceanum tantundem aliunde mutuatur. Hæc omnes sunt crassa similitudi- nes. Æternitas consideratur.

Præteritum abyssus est fundo carens, omnia; quæ fluxa, & transitoria sunt deglutiens: futurum est abyf- sus alia nobis impenetrabilis. Harum altera in alteram jugiter defluit; futurum se se exonerat in præ- teritum fluens per præsens. Ipsi fiti sumus inter ut- rumque: sentimus enim transitum futuri in præteri- tum; & transitus iste constituit præsens, quemadmo- dum præsens totam vitam nostram constituit. Quod transit, non est ultra; & quod futurum est, non- dum est. Hic status noster est. Quid ergo nobis faci- endum est? ea pars nobis sumenda est, quam valit Deus a nobis præsentem tempore sumi; & respiciendum est præteritum, atque futurum eo modo, quo valit respici a nobis. Specimina Ethica.

Quot amittimus momenta, tot, ut ita dicam, Ex actu bono præsentis nostra pendet æternitas. amittimus æternitates: quandoquidem ne unum qui- dem illorum est, quo æternam beatitudinem conse- qui non possimus. Ab usu temporis nostra salus pen- det: & de hoc erimus judicandi. Illud vero nos efficere debet in eodem utendo attentiores; quia ni- hil minus in nostra potestate situm est tempore. Præ- teritum non est amplius; futurum non pendet a nobis, ac illud nobismet polliceri non possumus. Præ- sens quasi ne cogitantibus quidem elabatur & ubi- fime effluxit, nequit revocari. Si modo temporis ja- ctura nos morore non afficit, inde fit, quæ tempo- ris pretium ignoramus. Hoc in morte cognoscemus, at sero, quia æternitatem ingressis nullam amplius nobis tempus est. Tempus non erit amplius. Apoc. 10. Christiana consideratione.

Quomodo hætenus usi sumus tempore? Numquid illud impendimus Deo, & salutis nostræ negotio? Ad id unice illud nobis concessit Deus. Itaque per- ditum a nobis existimandum est illud, quod impen- dimus voluptati, cupiditati, avaritiæ, rebulique ter- renis; non secus ac illud, quod tradidimus in ha- bitu peccati, & Dei odio; nullam enim in celo re- latari sumus mercedem eorum, quæ hoc in statu se- cimus. Quid igitur nobis reliquum est temporis, quo vivimus? In hoc enim fere vitam nostram tra- diximus. Post adeo gravem temporis jacturam, quid nobis faciendam est, ut eam reparemus, ac meliorē in usu tempus infumamus? Hæc unica ratio est tanto huic malo mendendi? Videte, fratres, quomodo curare ambuletis non quasi insipientes, sed ut sapientes redi- matis tempus. Ephes. 5. Fieri ne possit, ut iustu- ram hæc respiceretis tamquam nullius momenti? Hæc si nullius momenti est, cur damnati amarissi- ma quidem, sed inutili penitentia laborant, quod ab illi sint tempore, quod illis dederat Deus, ut suæ salutem prospicerent? Si temporis hujus momentum habere possunt, quod vos amittitis, insignes fierent Sancti, nihilque non facerent, vel paterentur, ut illud obtinerent. Cur Deus adeo severe in eum ani- madverit servum, qui creditum sibi talentum in questu non collocaverat? Non libidinofus erat, non impius, non fur; domini sui bona non obligaverat; immo illa fervaverat. Tota illius culpa erat in otiosa vita omne tempus amittisse. Inutile ser- vum ejicite in tenebras exteriores. Matth. 5. Ibi- dem.

Dicamus ælimare tempus, quod est infiniti præ- tii, quia inde nostra pendet æternitas. Evitemus præ- pravam hanc desidiam, in qua hominum plerique vivunt, qui post hæc adhuc se innocuos putant co- ram Deo, & nihil esse, quod sibi sua exprobrat conscientia. Quis enim in Penitentia tribunalis ius- ticia tempus infumular? Culpam hæc inquam ne confessi sumus? Et nihilominus hæc in re satis multa peccavimus; quia nihil boni fecerit, hoc ipsum est malum facere, ut inquit D. Chrysolom. Præterquamquod hæc inertia, & jactura temporis fons est vitiorum omnium, & causa omnium tentatio- num nostrarum; quibus adeo violenter læcessitur, & sæpe etiam superamur. Ubi enim demon aliquem ostiari Nn 2 cogno.

Ex actu bono præsentis nostra pendet æternitas.

Hoc facere possumus evitando desidiam & cre- cendo bona opera status nostri pro- pria.

agnoscit, hac utitur occasione ad illum perdendum. In ejus animo tanquam in tabula proponit imagines eorum, quae alius fecit; & si unquam inhoneste aliquid paravit, cum omni voluptatis illecebra, qua alias eum superavit, hoc illi exhibet, ut saltem a iquam ex extorqueat oblectationem scelerum transitorum, cum illum nequit in recentia pertrahere. Ratio unica nosmet a malis hinc cogitat omnibus liberandi, quibus torquemur, est semper occupatum. *Aliquis operis facto, ut se semper diabolus inveniatur occupatum. S. Hieron. ibidem.*

Recogitemus paullisper omne praeterite vitae nostrae spatium. Quam temporis iacturam in illo inveniemus, cum majorem illius partem impenderit vel in nihil faciendo, vel in faciendo malo, vel in alio faciendo ab eo, quod nobis erat faciendum? Hiciorie erat usus temporis a nobis sciendus, quod nobis dederat Deus; ut serviremus illi, & salutis nostrae negotio vacaremus. & quod in eodem lacerando misere perdidimus? Experti nimis agnoscimus veritatem hanc verborum Sapientis, otium, videlicet plurimorum esse peccatorum originem: *Multam meretriciam dicit otiositas. Sap. 33.* Cum momentum aliquod impendendum est aeternam veritatem cognitioni, tempus invenire non possumus; cum interim non desit abunde nostris voluptatibus, inutilibus colloquiis, nugis fere inhiis, quae attentionem nostram nequaquam merentur. Quid nobis erit respondendum, cum exigit Deus rationem illius, quod amissimus? Quia Deum iudicem praesolemur, statim in arena nosmet ipsos damnemus, & fateamur, nos meritos fuisse, ut nobiscum tanquam cum inutili servo ageretur, qui in tenebras exteriores conjectus fuit, cum illo nocentiores simus; quippe qui pro amico insento, quod ille in lucro non poluit, nos insanos absti sumus gratis, quas per incuriam inutiles ipsi reddidimus. *ibidem.*

Tempore bene utendum est.

Tempus est non solum aeternitatis pretium, sed simul est munus, quod jugiter a Dei manu recipimus, & quod illi acceptum debemus, cui parum gratiam referre non possumus, nisi jugiter pro illo impendentes, quod ab illo indefinenter accipimus. Denique debitum est, quod in singula momenta contrahimus: non enim hoc nobis tempus largitur, nisi ut bene utamur, sibi que referat ejusdem rationem a nobis repetendi. Talentum est, atque depositum, quod nobis committit; rationem exquirat illius illud, in quem illud fuerit a nobis insumptum: nec video quae nobis reliqua sit spes, fore ut ab illo benigno excipiamus, nisi aliam reddere licebit, quam dicere: Domine, hujus temporis, quod mihi ad salutem meam operandum tribuisti, tantum in aera, tantum in desambulatione, tantum in profano auctorum lectione, tantum in spectaculis mandata a me sunt insumptum: si enim hic sermo jam vobis videtur ridiculus, sperare ne possimus fore ut nos coram Deo, & Angelis ejus excuset? *ExTRACTUM de modo christiane vivendi.*

Tempus nos ad aeternitatem adducit; verum ubi semel transierit, si male fuerit insumptum, nulla amplius speranda erit salus; & poenitentia peccatoribus inutilis erit. Conemur ergo ita hoc tempore uti, ut ne minima quidem nobis excidat spes; unius quippe momenti iactura irreparabilis est, & nunquam satis ploranda. Tanti faciendum est, quanti fuerit occasio insignem victoriam referendi, vel acquirendi Provinciam, qua semel elapsa inutili desiderio tabesceremus. Hinc feratur iudicium quanti momenti sit illas omnes amplecti, quae sese nobis offerunt, lucranda Caelum; quarum unam plerumque satis est amisisse, ut aeterna poenitentia torqueamur. Mesquam, unicuique negotium nostrum illud est salutis nostrae totum illud tempus, quod illi subtrahimus, amissum est; etenim hujus negotii successus pendet ab usu temporis, quod celerime fuit non ultra revertendum. Oportet igitur indefinenter attendere, ne praesentium hoc tempus nobis pereat. Nihil aequae estimabile est ac tempus, S. Bernardus ait; sed heu! nihil hodierna die est, quod estimetur minoris. Dies destinati, ut ad animae salutem potissimum incumbamus, sensim, & sine sensu labuntur, nequa ad id advertitur animus; nemo se ipsum monet, tempus praeterit, & non reverti; nemo legit tempus, quod in inutilibus conversationibus prodigit. Alii aliis quid invicem edicant: possumus simul consulari donec hora transeat. Quid autem? Numquid haec hora nobis a Dei misericordia data non est, ut eadem uteremur in agenda poenitentia, in expandis peccatis, in gratia cum Deo facienda, in aeterna vita bonis operibus acquirenda? Cogitate ho-

ram hanc, illum esse fortasse, quae de aeterna salute vestra decidere debet. Ecce nunc tempus gratiae, tempus opportunitatis quaerendi Deum, tempus, quo quicumque illum quaesiverit, inveniet eum; modo quareat illum, ubi, & quomodo quaerendus est. *ExTRACTUM de deservitis inter tempus, atque aeternitatem.*

Deus congruum nobis tempus ad bene agendum concedit: *deus illi tempus, ut poenitentiam ageret.* Apocal. 2. Sed cum eluxerit hoc tempus, cuius hodie nobis arbitrium est, tempus non erit amplius. Apocal. 10. Tunc Domini tempus venerit; statutum, ut quareat ex nobis, quem in usum converterimus illud, quod nobis concessit. *Vocavit ad verum me tempus.* Thren. 1. Serio ad examen vocemur, quam in re insuperamus illud? Num in rebus utilibus an vanis? Deus nobis hoc tribuit tempus, ut eodem utamur, salutis nostrae negotio vacaturi: ipsi vero illud amittimus, vel eodem utimur duntaxat in his, quae nos ad aeternam perniciem adducunt. Quia usus boni illius, quod tanta cura, atque sapientia esse impendendum? Tunc illius pretium cognoscemus, cum ipsum elidere permiserimus, & Domini tempus accesserit; & prope instat nobis hic terminus. *Prope est, ut veniat tempus ejus; & dies ejus non elongabuntur. Mat. 14. P. Segneri.*

Quanam pernicitate dies, & anni non fluunt! Beatus ille, qui omne tempus in lucro novit collocare! Beatus ille, quorum dies pleni sunt! Dies octavesque currimus ad sepulchrum, quin aliquid nos moretur, vel constitutum mortis nostrae tempus distent. Ecce jam vitae nostrae annus ademptus est: annus hic praeterit, neque revertetur unquam. Numerati sunt omnes dies nostri, & hi dies nobis dati sunt tantum, ad salutis nostrae negotio illos impendamus. Quanam consolatio illi, qui hos dies sanctificare conatur! Errorem hunc tandem abijciamus, Vitae tempus nequaquam datum est nobis; ut congeramus bona, ut oblectemur, ut crescamus. Nihil pretiosum est, neque adeo male insumptum. Aliam ob finem Deus certum nobis numerum annorum constituit, vult, usum temporis adeo brevis beatam nobis aeternitatem promereri: Quanam ratio nobis favore huius iudicis erit reddenda tot horarum amissurarum, tot die um, tot occasionum, quas habuimus per hanc annum Caelum comparandi? Servi nequam, & inutiles, dicit ille in iracundia sua; quoniam adeo modicum mel nominis zelum habetis, cumque tot tantaque a me receperitis, adeo parum mihi reddatis, auferam a vobis talentum, quod in manibus vestris perit; auferam hoc tempus, quod desperat abutimini: *Est tempus vobis pro amplius.* Tunc o, tabimus; sed frustra unicum est his salutis nostrae momentis, quorum olim misere iacturam fecimus, revocare. Ponamus igitur in lucro ad aeternitatem accipiendum totum illud tempus, quod deinceps situm erit in nobis. *Pater Croiset in Affectibus Exercitation.*

Tempus praesens impendere non est satis ad praeteritum tempus reparandum. Nequaquam. Hoc est praesentibus duntaxat officiis satisfacere; non autem id persolvere quod debiti praeteriti reliquum est. Praeterea non se vobis fuit officia praesentia a vobis obeunda; & antiqui arii alieni reliqua persolvenda? Utique tempore praesenti vobis est satisfaciendum. Simil jurgendum est bonum, quod alias erat faciendum cum eo, quod in praesentiarum faciendum est; simulque & reliqua praeteriti temporis, & recentia novi persolvenda. Quomodo nam? Iterando bonorum operum fervorem. Alioquin si praesentibus tantum inhaeritis, semper divinae iustitiae praeteritarum insidiamum eritis dabitores. Haec una est via, sanctus Anselmus in cap. 4. epistolae ad Ephes. ait, tempus amissum reparandi: *Si & bona, quae facere olim negleximus, & ea, quae facere debemus, facimus. P. de la Rue in Quaestione.*

Vitae hujus tempus nobis traditum est propter maximi momenti finem, ut videlicet salutis nostrae negotium procureremus; & sane tempus hoc breve est, si tantum opus spectetur; nam praeter breviteratem, instabilitatem, & incertitudinem dierum nostrorum, non minima pars nobis aufert necessitas satisfaciendi sexcentis corporis nostri egellatibus, quibus ab ipso primi parentis crimine sumus obnoxii. Si dies nostros ex hoc tantum loco consideramus, non ne verum est dicere: *dies mei sunt?* Eph. 5. Sed quid illis officii deterioris? Abusus reliqui temporis, in salutis nostrae cura insumentis. *Dies peregrinationis meae parvi, & mali. Genes. 4.* Ad haec Geneleos verba illic alludit Apollolus: quis enim no-

Somet Deus sibi tempus iudicandi nos, de usu temporis.

Quomodo tempus amissum reparandum est.

Quomodo tempus amissum reparandum est.

Redimi potest tempus, cuius iactura facta est peritium.

Tempus celeriter fluit; attendi simul, ne illud amittamus in coelo perventuri.

vit estimare tempus, quam breve sit, & pretiosum? Plurimi illud in rebus noxiis insunt, omnes fere illud amittunt in nugis; paucissimi illud impendant in eum finem, propter quem datum est nobis. Ecce igitur quid nobis commendat Apollolus. Commendat, ut modico tempore, quod nobis est, optime utamur, ut illud in lucro ponamus, ut bonis operibus omnia momenta repliamus. Ex vobis metipsis iustificamini, quia in re illud insuntis? An rei estis, quod eodem abutimini? *Pater Segneri in Meditatione.*

Quomodo nos redimere poterimus tempus, quod praeterit, & perit nobis? *Redimentes tempus.* Impendentes tempus, quod nobis reliquum est utilius, quam si nihil nobis periret; plura efficientes bona opera his, quae faceremus; & quae nobis essent facienda; multiplicantes elemosinas, preces, sanctorum librorum lectiones; verbo omnia, & singula opera nostra magis fervore, & ardentiori charitate animantes. Quid agit viator, qui seus viam inutiliter tempus amittit, amilla momenta reparaturus? iterat gressus, ac tandem suum finem assequitur. Quid artifex, quem dies aliquid solatii ab opere averterunt? Impensus, atque majori cum assiduitate in opus incumbit, reparaturus dies, quibus cessavit ab opere. Quid autem ad leves iacturas reparandas homines facit, ad longe gravissimam iacturam faciendam facere dubitabit? Quid faceret dambatus, si liceret illi in vitam redire, ut tempus male insumptum repararet? Num uti vos, opibus acquirendis, voluptatibus gustandis, tempore terendo vacaret? Quis & contra fando valeat assequi, quibus curis, atque conatibus modico tempore praeteritorum annorum suorum abulum pensare contenderet? Quod misero illi insigne esset beneficium, vobis nullum est. Tunc Dominus addaxerit illi semel ab inferis, vos autem toties inde praeservavit, quoties elis promeriti, ut vos illos praecipites daret. Ne distaret igitur tempus adeo pretiosum redimere, cuius praetio adeo parum cogolere didicistis, ut illud adeo male insumpseritis, vel illius adeo modicum curam feceritis. *idem.*

Non redimitur solum bonum, quod perit, verum illud etiam, quod periculum subit; ita homo vitam suam redimit, numerata pecunia ex interfectionis manu se subrahens. In hoc quoque sensu nos admonet S. Paulus, ut tempus redimamus: *Redimentes tempus.* Vult rationibus omnibus, quae excogitari possunt, nos tollere istud bonum adversus eos, qui illum nobis possunt eripere; quicumque enim nobis fu rit tempus, non ne quodammodo haberi potest a nobis tantum scilicet, qui, ut ita dicam, vite partem auferit? Idcirco opus est, Domine, ut Apolloli tui moxio utens certum hodierna die capiam consilium temporis, quod perit, redimendi. Hoc facere possunt tua adjuvus gratia, multiplicando numerum bonorum operum, & fervorem meum iniurando. *idem.*

Omnibus rationibus, propter quae salutis negotio sumus occupandi, Ecclesiastes hanc salubritatem a temporis brevitate desumptam. Hominum vita non sese ad integra extendit saecula, sed quodam dierum numero continetur, numero dierum, ac tempore, quod vixit umbra praeterit. Quomodo ergo tempus insinuis indefinenter quaerendo id, quod nocet, vel saltem inutile est nostro fini? Quae communissima sunt, sunt per inopia charissima: Temporis tantum, cuius nullam gerimus curam, id accidit, quasi eodem semper abundaremus? Arrestatum est ad angustiam numerum dierum, & Deus coarctavit illud; frustra speramus mensuram augendam esse; quippe dies nostri numerati sunt, & numerus eorum exiguus est, ne alioquin praeterire patiamur, quin semper se coelestem patriam progrediamur. Viator, cui brevis constitutus esset terminus revertendi postliminio domum suam, alioquin pingui hereditate carituro, ne momentum quidem amitteret; immo quaereret latetras tempus, nihilque magis timeret, quam ne hoc sibi desset. Exemplum hoc jugiter ad oculos vestros versari debet. *P. Segneri.*

Non sufficit Ecclesiasti vitae nostrae dies comparare illis viatoris, ut eorum numerum brevem significet; ait etiam tempus hoc praeterite celeriter, ne illud amittamus in coelo perventuri.

tem somni, partem coenae, partemque quietis, & eorum rerum omnium, quibus aliquid momentum detrahi potest. Nisi vos quoque in lucro ponitis quiddid superest temporis, ut saltem vestram operemini, quid non periclitamini? Temporis vestri iactura non minus gignit malum, quam aeternam animae vestrae perniciem. Quanam ergo caecitas mundanorum, qui dies suos terunt in inanibus fortunae, & gloriae meditantibus? Viator, quem Charitas Patria revocat, terit ne tempus in nugis? Quid sunt locupletissime mundi fortunae, & amplissima dignitates in terra, si cum beata aeternitate conferantur, ad quam fidelis anhelat, nisi vere nuge, ac mera temporis detrimenta? Dies mei, heu! numerati sunt, & numerus eorum est exiguus: igitur sedulam eorum curam geram, ut ad coelestem patriam procedam. Tutus sum tempus mihi non defuturum si, uti opus est, illorum curam gesserit; verum si illis non injuliter alibi permiserit, temporis defectu fortasse illuc pervenire non potero. Denique tempus praeterit sicut umbra, & difficile est, ne mihi sine fructu elabatur, nisi operum navavero, ut singula ejus momenta in lucro ponam. Est sane quantum ex his pretiosis momentis non amissi Verum tua ope mere ferente gratia, Domine, redimam hanc iacturam sancto usi illius temporis, quod mihi superest. Fac queso, ut cogitatio, ac desiderium feliciter pervenire in patriam meam, quae coelum est, me occupent; mihi sufficiat habitatio, & victus, quem inveniam; merum mihi satis erit necessarium. Caelum adipisci per optimum temporis usum hoc meum magnam unicuique negotium est. *Pater Segneri Medit.*

Cum Rex Propheta recogitabat dies antiquos, poterat quidem illos calculo subijcere, dividere, addere. Contra vero cum annus aeternus in mente habebat, hos non nisi foris, atque per partes habere poterat. Possimus quidem habere in mentem annos aeternos, hoc est nobis fingere successiones saeculorum, quae rursus incipiunt; sed ipsam aeternitatem habere non possumus. Infinitum finit intellectus capi nequit; Deus unus capit aeternitatem, eamque integram intuetur. Habemus igitur annos aeternos in mente, ut olim Propheeta, & in singula momenta nobismet repetamus: Postquam tot aeternitatis saecula effluxerint, quot sunt in arboribus frondes, aequae guttae in mari, atomi in aere, quantum de aeternitate decessisse credendum est? ne unum quidem momentum. Integra permanebit adhuc, & totidem saecula adhuc revertentur, quin uno tantum momento fuerit immutata. Quod obiectum meditationibus meis proponendum! quanam veritas hac terribilis! Ad me pertinet, & ne cogito quidem! *Pater Segneri.*

In vita nihil est nisi praeteritum, & futurum: praesens est nescio quid ita exiguum, ut vix ore prolatum statim praeterit. Nobis elabatur iustarum rapidi fluitans, qui nostros fugit oculos, statim ac illum contempsimus. Sicut aqua dilabimur a Reg. 14. E contra aeternitas nihil habet praeteritum, nihil futurum. Omnia ibi praesentia sunt, omnia sicut Deus immutabilia: *Tu autem idem ipse es. & anni tui non deficient.* Hebr. 1. Quod praeteritum, vel futurum dicimus in aeternitate, non est aeternitas ipsa; hoc est tempus quod fluit, aeternitate semper in eodem stata permanente. Tempus hoc erit nostrum, ut est hodie; nisi quod tunc semper subsistet, cum modo aliqua duntaxat habeamus momenta. Hoc mihi cogitandum est, ut liqueat, utrum malum aliquot momenta vivere in gaudio, & per totam aeternitatem supplicis torqueri; vel aliquot momentis affligi gavisurus in omnem aeternitatem. *idem.*

Quam celeriter effluxerunt hi dies, qui mei habita ratione tempus praeteritum constituunt! Quam celeriter etiam effluent futuri dies, qui reliquum vitae meae spatium debent componere! Aeternitas qua semper fluit, & nunquam deficit. Utique decies centena annorum, & saeculorum millia praeteribunt, quin minustur aeternitas, semperque iterum decies centena saeculorum millia inchoabunt. Aeternitatis mala sunt igitur vera bona. Nunquam ergo excidat ab oculis meis dies antiqui, & anni aeterni, tempus quod praeterit, & aeternitas, quae non praeterit, ut contemnam quiddid cum tempore praeterit, & unice adhaeream his, quae non praeterent, non seous ac aeternitas. Quanam est caecitas Christiani, qui professus credere aeterna bona, quae vix procurare in ipso situm est, cumque non possit vite breviteratem non intweri, aliquot annos fallacis gaudii pra-

Nihil in vita est nisi praeteritum & futurum.

præfert cetera spei perfecta, daturaque felicitatis .
Vix bona licet cordis nostri capium replere possent,
merentur ne vera appellari bona donec illorum per-
fectio ad breve temporis spatium est coarctata,
quod nihil est habita ratione aternitatis, quo ten-
dit? P. Segneri Meditatio.

Tempus quo
vixit non est
nisi præteri-
tum & futu-
rum.

Juxta modulum nostram imperfectum omnia con-
cipiendi trisarium tempus partitur, in præsens, præ-
teritum, & futurum. Sed in primo fallimur. Præ-
teritum loquendo non subsistit; nam tunc quo-
que cum dicimus esse non est, sed præterit. Secus
torquentem sedentem ostendimus aliquem ex fluctibus
ejus certo in loco. Fallimur: fluctus hic non est
amplius in loco, quem indignitatem, sed torrentis
periclitata rapit infra longe defluxit. Ita tempus,
& multo celerius adhuc labitur, & defluit tempus,
ita ut nihil sit nobis fixum, & præsens. Præsens in Deo
tantum est, apud quem non datur vicissitudinis obum-
bratio. Quam ob rem Propheeta non meminit nisi
præteriti, & futuri: *Cogitavi dies antiquos, & annos
a ætate in mente habui.* Non cogitabat præsens, vel
quia hoc nihil est, vel quod adeo parum est, ut ne
cogitari quidem mereatur. Præsens parum nihil est
aliud, quam instantis, & punctum: *Qualium hypocry-
sæ ad instar puncti Job 20.* Ad hoc Sanctus vir Job
redigunt vitam præsentem, atque delicias, que ibi
gustantur: *ad instar puncti.* Hac mente dicebat Ec-
clesiastes cap. 9. *Quodcumque facere poterit manus tua,
instanter operare, quia præteritum non est amplius
tuum; & futurum fortasse non erit: Pater Segneri.*

David non cogitabat simpliciter futurum, sed aterni-
tatem: *& annos æternos in mente habui.* Nos sitan-
tes futuros; nam licet omnes anni, qui nobis erunt
æterni, futuri sint, nihilominus omnes anni nobis fu-
turi, non sunt æterni. Anni, quibus in hoc mun-
do superfluit futuri sumus, futuri quidem sunt, &
exiguo sane temporis spatio continentur; anni, qui
illis succedent, ipsi quoque futuri sunt, sed eorum
numerus est infinitus. De his cogitabat Propheeta,
cui etiam & nos, ut ille, cogitemus, ut ille præte-
ritum, & aternitatem. Præteritum quidem, ut vi-
deamus quam periclitata effluxerit, aternitatem
vero, ut recordemur, annos nunquam cessaturos,
quo minus fluit. Cogitantes plerique dies nostros
jam effluxisse, estimabimus annos æternos, qui nul-
lum finem sunt habituri; cogitantes vero annos æter-
nos, contemnemus nostros hosce dies, qui adeo ce-
leriter præterierunt, ideoque & mundana hæc, que
præteribunt universa. Sed duplicem hæc cogitatio-
nem nequaquam sejungamus, ut nobis aque profint,
ac Propheeta: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos
in mente habui, idem.*

Tempus quo
vivere debe-
mus nihil est
in comparati-
one æterni-
tatis.

Quamvis vivere deberem non annos octuaginta,
sed mille, quid sunt mille anni cum aternitate col-
lati? Nihil tere; *tantquam dies hæsterna que præterit:*
Quomodo ergo præferrem fluxa, & fragilia iis, que
nullam sunt finem habitura? Volumus ne cognosce-
re quanti nobis faciendum sit id, quod est æternum?
Admoveamus hoc tempori, quod præterit, & nobis
metipsis dicamus: Cum post obitum meum mille sa-
cula effluxerint, quid deinceps erit de me. Tunc
alios mille oportebit incipiam; eademque semper re-
dibit ratio, quin illius finem conspiciere valeam.
Quomodo ergo negligam, quod æternum est, ut ad-
hæream illi, quod præterit? Confer tempus, atque
æternitatem, utrumque simul, ac certissime utriusque
pretium cognosces. Cogitans præteritum, fluxa bona
parvipendes; cogitans annos æternos, bona futura
constabaris. P. Segneri in Medit.

Tempus nobis auctor ab illis cum quibus vive-
re tenemur. Alii amici sunt, & officiant, ut terra-
nus tempus inanius colloquimur, & nugis, quibus
interdicendum est, etiam si isdem effemus displic-
turi; alii sunt inimici, nobisque tempus furcipiunt
per occasionem litium, ac jurgiorum, per ea, que
nobis negotia faciunt, atque per necessitatem, in
quam nos adducunt injuriam propullandi, eorumque
libris resistendi. Verum ad harum contentionum,
que nonnumquam in omne vita spatium perseve-
rant, cursum inhibendum, ne dubitemus de juribus
nostri, bonis, exitimatione queque aliquid deperi-
re. Perde aliquid, Sanctus Augustinus ait, *ut redi-
mas tempus, quo vaces Deo.* Quam sapiens hoc effa-
tum est, sed quotusquisque illud assequitur? Nul-
lum est temporale bonum, quod plaris non fiat ipso
tempore, & nihilominus temporis pretium toto coe-
lo cetera quecumque vite bona excedit. Omnibus
enim mundi bonis exatus adhuc æternam mihi va-

leo comparare felicitatem, si tempus adit, quod si
defuerit, hoc facere ne, uo. P. Segneri.

Si quid in gloria Beatis meritorum afferre possit,
dolerent sane, se amississe sexcentos beatitudinis gra-
dus, quos perfectiori tempore usa in hac vita inuis-
seat adepti. Vos autem modo hoc tempus habetis,
& hoc vobis eripi patiemini? Sitis, in quo estis,
audeo dicere, dignos est, cui ipsi invident Beati;
potestis enim semper meritorum copia crescere, a-
deoque augere mensuram gloriæ, que vobis in altera
vita promittitur. *Dum tempus habemus, operemur
bonum, dicebat Apollolus ad Galatas Galat. 6. Fi-
lii, conserva tempus, addit Ecclesiasticus, Ecl. 4, nam
tempus perperam insumentes dupplicem jacturam facis.*
Amittes quidem mercedem dupplicem sancto tempori
impedio, & mereris penam malo temporis
usui debitam. Tempus vite punctum est, si cum æ-
ternitate conferatur; totum igitur vite spatium mo-
dicum est mihi ad æternam beatitudinem comparan-
dam. Igitur sum imprudens, & nequam eo, quod
illud hæsternus in tot inutilibus rebus prodegerim.
Viator sum, qui secus viam constitutus ad terminum
pervenire nequit, nisi quam maxima utatur perni-
citate. Non ultra, Domine, vel unum momentum
amittam eorum, que mihi adhuc largiri dignaris
ad celestem Patriam adipiscendam. P. Segneri in Medit.

Quanta utili-
tatis sit om-
nibus non
abati tempo-
re.

Tempus nimis pretiosum est, ut dies in pretio
habendi non sint. Propter abutium temporis dumtaxat
dies mali sunt. Hoc nobis innuere voluit Apo-
llos per hæc verba: *redimentes tempus, quoniam dies
mali sunt.* Inestimabile temporis pretium cognosce-
ndum esset, ut intelligeremus quanta calamitas fit
eodem habuit. Tempus est nefcio quid adeo pretio-
sum, ut omnia mundi bona, honores omnes tanti
non sint, quanti momentum, & licet unum dum-
taxat momentum insumptum fuisset in omnibus ter-
rarum opibus acquirendis; præterea nihil aliud lu-
cratus fueris, dicere potes, te coram Deo, qui
sanum de rebus omnibus fert iudicium, tempus
tam amississe. Nullus in inferno reprobus est,
qui omnia mundi regna, atque opes, si earum
dominus esset, tribueret, redempturum momentum
temporis illius, quod in nugis perdidit, & quod
ipsi etiam perdidimus. Concipiamus si fieri potest,
quid sit gratia, pretium sanguinis, & mortis JESU
CHRISTI. Concipiamus quanti valeat possessio Dei
in Beatorum sede. Tempus ideo nobis datum est,
ut in singula momenta crescamus in gratia, & ut
gratia ope mereamur regnum caelorum, gloriæ San-
ctorum, & Dei ipsius possessionem, & verum est
dicere, nos in singula momenta, que propter Deum
non insumpimus, majorem seculis jacturam, quam
si omnes terrarum thesauros perdidissimus. Quod
Sancti in celo, in omnem aternitatem, per omnes
perfectissimos actus amoris Dei, facere non pote-
runt, videlicet novam gloria gradam mereri, hoc
ego in singula momenta per unicum charitatis actum
possum obtinere. Quod reprobi in omnem aterni-
tatem per gemitus, ac penitentiam, omneque tere-
rimos cruciatus facere non poterunt, videlicet Dei
iracundiam multare, & criminum suorum obtinere
veniam, id mihi momento quolibet facere licet. P.
Croiset in Aestheticis Exercitiis. Tom. 5.

Assequamur animo pretium, meritum, & inasti-
mabilem hujus temporis valorem, quod ipsi non
agere, & sine ullo merore amittimus. Cajusnam pre-
tium nobis videbitur in morte hoc tempus, quod no-
bis misere perit! Cujus momenti tunc videbitur ir-
reparabilis ejusdem jactura? Molesta otiositas que
thesaurorum jacturam mihi peperit! Inuites vitia-
tiones, vana, & obscena colloquia, nugæ inepte,
juvandi quidem, sed perniciosus congressus, quanto
mihi stetit pretio! Heu! si mihi hora suppeteret
illius temporis quo abusus sum, moriens inquit,
quomodo hac uteretur! Sed non defuerit mihi ho-
re, & pretiosa momenta. Habui quidem in potesta-
te mea mentes, & annos; & per insipientiam, atque
stupiditatem meam tot pulcherrimos dies amisi.
Cogitandum est de tempore, quod insumitur, ac
misere perditur in alea, in spectaculis, in iuani-
bus, immo etiam noxiis colloquiis, in catibus mun-
danis? Heu! vita pars maxima perit; tempus
ipsum, quod minus male insumptum fuit, indiget
penitentia. Bone Deus quamam erit fors nostra?
Dum tempus habemus, operemur bonum. Ephef. 5.
Tempus amissum redimamus insumentes in bonis
operibus modicum illud, quod restat: *Redimentes
tempus quoniam dies mali sunt.* P. Croiset in Aestheticis
Exercitiis.

Tem.

pus bene in-
sumatur.

Tempus pretiosum est, qua quidem veritate nihil
probatus est, sed nihil vulgatus quam illud male
impendere. Seno igitur ad examen vocemus, qua-
nam in re nosmet occupare debeamus, nisi illud per-
dere velimus. Quid cor nostrum querit? Nonne
opes, honores, voluptates nos fascinant? Non solum
hisce rebus abrenunciandum est, ut tempus nostrum
utiliter insumamus, ita adieci esse debemus, ut fa-
criticemus omnia, nec fati est; sed ut bona opera
ind-fraenter faciamus, tempus amissum, quantum in
nobis est reparaturi. Opificibus stipendia persolvenda
sunt; mercede domestici eroganda, aliena relin-
quenda, si que domi latent. Pius legatis satisfacen-
dum est, si quibus tenemur. Hæc omnia sunt opa
justitie, que nobis necessario faciendæ sunt, &
hoc est partem dumtaxat temporis optime impende-
re; verum ad hæc supererogationis opera accedant
oportet. Eleemosyna eroganda fuit: eaque eo mo-
do, qui ceteris præcellat, insumentur. Non dico
omnia esse relinquenda, vel rebus omnibus abrenun-
ciandum esse; verum saltem nihil eorum ornare, que
valeant non a summo bono amovere, in quod omnia
desideria nostra tendere debent. *Antior recens.*

Quam incredibilis est Fidelium cæcitas, qui per-
dunt tempus, cujus tantum est pretium in occupatio-
nibus, que sunt adeo inuites, atque indignæ ea digni-
tate, ad cujus apicem evecti fuerunt. Neque enim
vel unum momentum est, quo, nisi ad majorem Dei
gloriam impendantur, plus non amittatur, quam si
omnes Reges terre suas coronas, & regna amitterent. Di-
vites seculi, mortales honores cupidi, voluptatibus
abditu utique oblivioni dabitur jacturas virorum
bonorum quas sustertis? Heu! quot & quanta ami-
ssis! Recogitate paupiser omnes annos, mentes,
dies, horas vite vestre & usque in hanc diem re-
petite ignaviam vestram hominibus Christianis indig-
nam. Pauperes, qui per orbem erratis panem ve-
strum quaesituri, quid cogitatis, cum adeo pretiosa
momenta negligitis? Ille vere sapiens est, qui vita
hujus momentis uti novit ad æternam sibi felicitatem
comparandam. Ille vero scitus, & gnarus est, qui
momenta ista impendit certam sibi cæli possessionem
facturus. Ille sibi prædians est ingenio, qui in
actionibus omnibus bona sibi infinita proponit, que
non nisi in tempore possunt acquiri, quo semel elap-
so nihil in æternum mereri, vel acquirere possu-
mus. *Bondu in Christiano ignos.*

Beatum æ-
ternitatem
recogitantes
nobis præ-
grinos exiti-
mare debe-
mus in terra.

David futura prospiciens tempore dicebat Psalm 76.
*Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente ha-
bui.* Cogitabat serio annos, quos alibi Scriptura
dumtaxat vocat, quia in æternitate non datur ulla suc-
cesso, & similis est momento, quod semper est præ-
sens, semperque durat. Cogitatio hæc detinet ani-
mam Deo semper attentam, efficit, ut ista semper
ad illius gratiam confugiat in omnibus mortalis hu-
jus vite calamitatibus, magnum immittit illi fluxa-
rum, fragillimisque rerum contemptum; animos ad-
dit, ut validioribus resistat tentationibus, atque præ-
stat, ut nosmet tamquam hospites, & inquilinos exi-
stimemus in terra, ad quos minime pertinent hæc
terrena, que homines deperunt. *Ex libro cui titu-
lus, Instructio Christiane propriæ Adventus Dominicæ.*

Nam quispiam ex nobis religioni sibi verit ja-
cturam temporis, cujus infinitum est pretium, &
que potissima est vite pars. Nullum est momentum,
quo nobismet comparare non possimus meriti gradum
super terram, ideoque meriti gradum in celo; nul-
lum, quod nequeat nos aliquo in sensu ad eminentem

sanctitatem, & gloriæ aternitatem adducere. Debenus
ergo singula impendere momenta rei adeo pretiosa,
quæ tempus est nobis a Deo in hac vita concessum,
ut serviamus Deo, eique rebus in omnibus placere
queramus. Salvatori, aiebat D. Bassilius, esse me de-
decori, si in vanis, inutilibusque rebus tempus amit-
terem, & ipse periculum adirem, ne per hæc trice-
sas, & nugas ea perfringerem vincula, que me illi
unice debent adnectere: *Ne si, aliud agendo, in re-
bus suis. Christo dedecori sim.* Attamen quot
mortales citra ullam religionem optimam temporis
sui partem amittunt in otiositate, in sexcentis ina-
nibus rebus, & fortasse saluti ipsorum perniciosis?
Nullus ferme ad Deum redire fit in magno hoc
ineptiarum occupationum numero, que meliores no-
bis eripiunt dies. Verum quomodo nam perditum hoc
tempus cum necessitate illud totum referendi ad
Deum potest conciliare? P. la. Deje Tomo 1.

Cujuslibet anni finis nobis in mentem revocare de-
bet finem vite nostre, cujus daratio adeo brevis
est, atque incerta. Tempus quod nobis superest vi-
ta, æque celeriter defluet, ac illud, quod jam præ-
terit, nobisque minus reliquum est ipatium quam
arbitremur. Quis scit, utrum ad subsistentis anni
finem victuri simus; immo utrum moriemur ante-
quam hic præsens ad suum finem perveniat? Nullus
viventium est, qui sibi unum adhuc, vel plures
vite annos non polliceatur, licet in cubili suo le-
thali morbo laboret; & nihilo scelus quis vellet se
prædem, multoque minus vadem statueret pro vita,
immo etiam paucorum dierum alterius? Hinc autem
quid est inferendum? Ab Apollolo discamus.
*Videte itaque, ita ille ad Ephesios cap. 5, scribe-
bat, Videte, fratres, quomodo cause ambuletis; Non
quasi insipientes, qui sibi e manibus elabi finunt
pretiosas occasiones salutis sue cooperandi, sed
ut sapientes, qui omnia sacrificant, ut in que-
stu ponant tempus, quorum pretium cognos-
cunt; ut bene insumant dies adeo breves, &
criticos, quorum jactura adeo metuenda est:*
ut unice vacent magno sue salutis negotio, pro
quo uno totum hoc tempus illis traditum est:
*Non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimentes
tempus, quoniam dies mali sunt, ad Galat. 6.* Si in
bonorum operum praxi non defecerimus, scribebat
idem ad Galatas, tempore suo laboris nostri uberem
fructum metemus: *Tempore enim suo metemus non de-
ficientes.* Ergo dum tempus habemus, operemur bonum.

Nullum bonum opus in gratia peractum, quantum-
vis exiguum sit, licet sit frigida aque calix in JE-
SU CHRISTI nomine datum, non præteribit, quin
ille hoc remuneretur incremento quidem gratiæ in
hac, gloriæ vero in altera vita. Hoc ille ipse ore
suo nobis testatur. Quot per nostram incuriam hu-
jusmodi pretiosa momenta perdidimus, nobis ad im-
marcescibilem gloriæ coronam acquirendam concessi?
Non possumus satis conscisci desiderio hujus temporis,
nihilque deberet tantam hæc jacturam consolari. Ve-
rum ullam ne afferre poterimus excusationem, si
cum tot annos jam amiserimus, elabi patiemur eos,
qui supersunt, & quos adhuc nobis largiti dignatur
Deus, ut serio salutis nostre vacemus, idque eo ma-
gis cum ad illam promerendam tempus adeo sit bre-
ve? Unicum restat consilium capiendum; illud vi-
delicet, quod nobis suppeditat Apollolus, ut qui
hoc mundo utitur, vivat quasi non uteretur; scilicet
ut eo per modum transeuntis utatur. P. Croiset
in Aestheticis Exercitiis.

In usu die-
rum nostro-
rum cave
nobis proce-
dendum est.